

1

uiolari cognoscit: tunc demum ei cui dispensatio cre-
 dita est. incubit necessitas. ut sic omnia temper ac dispo-
 nat: quatinus non horum causa caritas deferatur: sed ei
 fructus in omnibus requiratur. Nec sic tamen ut aliqua eorum
 que instituta sunt pretermittantur. aut certa tempora cer-
 tisquibus exercitiis attributa confundantur nisi extrema
 cogat necessitas: alioquin non erit dispensatio sed destruc-
 tio: sed ut certis temporibus certa exercitia per cuiusque qua-
 litatem mentis ac statum modificentur. Hoc est quod ipse
 sanctus cum de opere manuum legem poneret: sic inquit omnia
 temper atque disponat. quatinus anime saluentur. et
 quod faciunt fratres absque murmuratione faciant. Et alias.
 Omnia tamen mensurate fiant: propter pusillanimes. Num
 quid dixit hoc aut illud pretermittat propter pusillanimes.
 Immo et infirmis inquit et delicatis talis ars in-
 iungatur: ut nec ociosi sint: nec uolentia laboris
 opprimantur. Ergo et infirmi et delicati opentur: sed eorum
 opus sic temperatur: ut non opprimantur. Quam rogo de
 opere absolant: ad quod etiam infirmos et delicatos com-
 pellit: *Quare laborent aliqui sub iugo christi.*
Huitat nos dominus ad requiem dicens. Venite ad me omnes
 qui laboratis et onerati estis. et ego reficiam uos. Tollite
 iugum meum super uos. et cetera. Sane caritas est iugum
 illud suauiter et omni leue: ad quod nos saluatoris in-
 uitat clementia: et inuenietis inueniens requiem ani-
 mabus uestris. Verum quia plerique nostrum qui uidentur
 huic iugo suppositisse ceruices: in multis conuincuntur